



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. III. Vtrùm justus egeat novâ gratiâ ad perseverandum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

SECTIO TERTIA.

*Vtrum justus egeat novâ gratiâ  
ad perseverandum.*

I.  
*In gratiâ ad finem vita perseveret, opus est pecuniaris Dei subfido.*

**D**ICENDUM breviter cum communi sententiâ Theologorum, ut quis justus in gratiâ acceptâ ad finem usque vitæ perseveret, & salutem coniequatur, pecuniam Dei gratiam, vel sanctæ cogitationis, vel saltem externæ protectionis requiri: ita Suarez lib. 3. de predeterminatione cap. 3. Vasquez hîc d. 197. & alii.

II.  
*Oferuntur adulteros ad perseverandum egerat gratia sanctæ inspirationis.*

Prima pars de gratiâ sanctæ cogitationis statuitur pro adulteris, si nimur diuino aliquo tempore post acceptam justitiam vivant: cum enim militia sit vita hominis super terram, occurrunt frequenter tentationes, ad quarum victoriam necessarium est adjutorium divinum, de qua adjutorio loquitur Concilium Tridentinum scilicet 6. can. 22. dum ait iustificatum sine speciali Dei auxilio in accepta justitia perseverare non posse. Hoc etiam probat S. Augustinus ex illo Jeremias 32. v. 40.

*Timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant à me, quod similiiter perpetuò postulamus in oratione Dominica, ut scilicet Deus gratiam illuminationis & sanctæ inspirationis nobis immittat, per quam faciliter tentationes vincere possumus, aut exterius nos ab illis protegat, ut hoc pacto justitiam ad finem usque vitæ retinemus, quæ est perseverantia finalis seu objectiva, causalis autem est cogitatio congrua, quæ efficit, ut hoc modo in gratiâ quis ad ultimum infans perseveret.*

III.  
*Gratia externæ protectionis, quæ*

Secunda pars de gratiâ externæ protectionis ponitur præcipue pro parvulis, qui ante rationis ultimam vitâ decedunt, utpote quibus gratia sanctæ inspirationis immitti non potest. Aliis nihilominus

competit hæc protectio præterquam parvulis. *vitæ precipi-*  
Unde universum dicimus specialem esse Dei favo- *parvulus,*  
rem subtrahi è vitâ in statu gratiæ. Probatur ex *omnibus ta-*  
sancto Augustino de bono perseverantiae cap. 17. *men compa-*  
ubi sic habet: *Videte jam à veritate quam sit alienum, negare donum Dei esse perseverantiam usque in finem hujus vite, cum vita huic, cum voluerit ipse detinendam, quem si det ante imminentem lapsum, facit hominem perseverare usque in finem.*

Variis autem modis contingit: Deus namque aliquando ex peculiari misericordia mortem justorum accelerat, videns si diutius viverent, fore ut in peccatum laberentur, & perirent, juxta illud sapientie 4. v. 11. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus,* & postea propter hoc properavit educere re eum &c. quæ verba de justis immaturâ morte sublati intelligi. S. Augustinus de bono perseverantiae, iisque ad hoc ipsum probandum uitetur.

Tertiò tandem contingit ut non causarum tantum naturalium, sed liberarum etiam interventu *Quid cen-*  
justus moriatur, idque per scelerati alicuius faci- *sendū gaan-*  
noris perpetrationem, quod tantum absit ut velice *do iustus*  
Deus, ut etiam prohibeat. Dico tamen, etiam *causarum*  
in hoc casu non desceat gratiam, & providentiam *liberarum*  
Dei non quidem positivè disponentes, sed permit- *interventio-*  
tentis istiusmodi facinus in iis circumstantiis, in *moritur.*  
quibus videt tantum boni huic homini proventum, & ea intentione, mala illa indirectè permit- *Quando see-*  
tit: qua ratione in tractatu de Incarnatione & præ- *lerati alicus-*  
definitione ostendi Deum ex complacencia in *jus facinoris*  
Christo & illius gloria permisisse indirectè pec- *perpetratio-*  
catum Adæ, & ex affectu Beatitudinis, poeniten- *na iustus ex*  
tia, &c. indirectè subinde permettere peccata; *haec via sol-*  
hoc est videns Deus tantum boni inde eventurum, *litur, nihilot-*  
minus ab illorum permissione retardatur, & hoc *winus non*  
sensu libenter, vel saltem minus illibenter, ea per- *in hoc deo*  
mittit, alioqui non permisurus, ut latius declaratum *providentia*  
est locis citatis.

